



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

IV. Deo tribuit peccator culpam aliquo modo, quòd actionis ille malæ  
causa existat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

transgredi, & nō est transgressus. Vana igitur est secunda peccatoris excusatio. Abdat se in tenebras.

## CAPVT IV.

Deo tribuit peccator culpam aliquo modo, quod actionis ille male causa existat.

Sicque sine ratione vt illud euincat, ratiocinatur: Deus est causa actionis peccati: per ipsum enim omnia facta sunt, & sine ipso factū est nihil, peccati ergo ratione quadā; qui causa siquidē est causæ, causa etiam est eius quod causam sequitur; at Deus est causa actionis, vnde deformitas sequitur, causa ergo est deformitatis consequentis, adeoque peccati. Argumentum est plumbum: Fatemur cum Bellarmino, & Gregorio de Valentia, Deū esse causam actionis peccati, vt res illa quædam est, negamus tamen

To. 3. lib. 2.

c. 18. & To.

2. disput. 6.

9. p. 1.



men ideo eum actionis peccati,  
vt peccatum illa est, annexumq;  
habet defectum perfectionis ex  
lege debitæ, causam esse, fate-  
murq; adeo Deum cū impio cō-  
currere ad actionē peccati, qua-  
tenus absolutē illa à peccatore  
producitur, vt agens ille est non  
tamē quaten<sup>o</sup> producitur ab ho-  
mine vt deficiēs est ille quoq;. In  
priori modo ad actionē peccati  
cōcurrere bonum est, posteriori  
verò modo ad actionē mali con-  
currere, malum est. Vnde effici-  
tur actionē præcisè consideratā,  
quā actio est, non habere anne-  
xum defectum perfectionis ex  
lege debitæ; actionem autē con-  
sideratam, vt proficiscitur ab a-  
gēte, quatenus simul deficiēs est,  
habere adiunctum defectū per-  
fectionis ex lege debitæ. Ad acti-  
onem priori modo cōsideratam  
cōcurrit Deus, ad actionē poste-  
riori



rioni modo sumptam non con-  
 currit Deus, sed impius eam so-  
 lus producit, solusque conse-  
 quēter peccat. Licet igitur Deus  
 causa actionis existat, non tamē  
 est causa alicuius annexæ mali-  
 tiæ, quia defectus non est anne-  
 xus actioni absolutè, quatenus  
 actio est, & procedit quoque à  
 Deo, sed quatenus est à causa de-  
 ficiēte, sub qua quidem ratione  
 actus ille non est à Deo, quia sic  
 non habet aliquam peculiarem  
 perfectionem, quam sub aliqua  
 ratione nō efficiat Deus, scilicet  
 sub ratione liberæ actionis, quo-  
 pacto actio illa cū sit ab impio,  
 vt agens est, proficiscitur etiam  
 à Deo: vt autem est à causa defi-  
 ciente non item, quoniam hoc  
 formaliter non habet, vt est ab  
 impio, quatenus est agēs sed qua-  
 tenus est agēs deficiens. Lex au-  
 tem primæ & vniuersalis causa  
 est,

est, vt  
 cunda  
 non a  
 Quon  
 illam,  
 defect  
 da defi  
 quo ab  
 ficiscit  
 cientē  
 quam  
 ferri;  
 tia, qu  
 tur, sol  
 tem ref  
 tutem r  
 tus à m  
 ficiscit  
 est, qu  
 xus ille  
 procedi  
 ratione  
 tute mo  
 cedit à



est, vt concurrat ad effectum secundæ, quatenus hæc causa est, non autem quatenus deficiens est. Quoniam igitur actio rationem illam, scilicet vt habeat annexum defectum, à causa tantum secundæ deficiente accipit, hoc ipso, quo ab illo, vt à deficiente proficitur, idcirco in solam deficientem potest defectus ille, tanquam causam per accidens referri; sicut defectus, verbi gratia, qui in claudicatione cernitur, solum in tibiam claudicantem refertur; non autem in virtutem motiuam, quoniam is motus à motiua virtute solum proficitur, quatenus res quædam est, quo pacto non est ei annexus ille defectus, sed quatenus procedit à tibia infirma, sub qua ratione non est hic motus à virtute motiua, sed quatenus procedit à tibia infirma & deficiente

à re-



à recto motu. Nihil ergo dum  
habet impius, quo se tueatur &  
defendat, habet autem, quo se  
in multis accuset, Deoq; glori-  
am dare debeat.

## CAPVT V.

*Improbis in excusationem suorum scelerum, nefarie affert Deum illa permittere.*

**S**I Deus vellet, facillimè posset impedire, ne mala vlla ab homine fierent, si ei scilicet gratiam efficacè daret, per quam in amore & obedientia Dei perseveraret: id tamen nō facit, sed ab eo illa fieri sinit, vt Deus ipsemet per Psalmistam his verbis testatur: *Dimisi eos secundum desideria cordis eorū, ibunt in adinventionib. suis* hoc est, peccatis ab ipsis inuentis. Idem asserit D. Paulus, cum sic

*ps. 80. 13.*

*act. 14. 16.*

*scribit. Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas*

pec